



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lugduni, 1652-1663**

Cap. III. De Formâ hoc ineffabile Sacramentum conficiente.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

præfens materia, vel num fuerit intentio circa illam? Si nulla alia materia pro sacrificio est constituta, debet Sacerdos tuncum consecrationis verba proferre super illam materiam sub conditione, ne sacrificium imperfictum relinquit. At si alia materia pro sacrificio est constituta, nec dubium circa illam obseretur, sed circa materiam communicatur appositam: debet Sacerdos alia faciens, vel alius de ea re monitus verba consecrationis super illam materiam sub conditione proferre. Quid si dubium obstat ex incapacitate materiae, quia præsumitur vinum esse acetum, vel panis corruptus? Si nulla alia materia certa sit in eo sacrificio consecrata, Sacerdos errorem agnoscent, debet certam consecrare materiam, & simul cum ea dubiam absimere. At si alia materia certa apposita fuit, aliud Sacerdos vel ipse altero die eam dubiam materiam simul cum ea, quam in sacrificio consecrat, debet absimere. Quia talis decet materiam sub dubio consecratam reverentia. Castro Pal. tom. 4. tr. 21. punct. 6. n. 8.

## CAPVT III.

## De Formâ hoc ineffabile Sacramentum confidente.

35  
Formâ confe-  
rationis Pa-  
nu.

**T**LA verba, *Hoc est enim Corpus meum*, sunt consecrationis Panis forma. Quia illis perfectè Corporis Christi pœsentia significatur. Reliqua tam antecedentia, quam subsequentia non sunt de necessitate Sacramenti, sed præcipi. Imò particula enim cùm non ad significandam Christi pœsentiam, sed ad coniungendum sermonem, per Ecclesiam apposita fuerit, haud est necessaria consecrationi. Atramen illius omissionis ex negligencia erit veniale, ex proposito lethale piaculum. Bonac. d. 4. quest. 3. punct. 1. n. 10. Suar. d. 59. sect. 1. Coninch quest. 78. artic. 2. dub. 2. num. 57.

36  
Quænam transpositio, mutatio, diminutio, vel additio Sacramenti formam annulat?

*Hoc est Corpus meum*, est graue peccatum regulariter, sed Sacramentum formam non annulat, si non impedit illius significacionem. At si significacionem impedit, ultra peccatum iritum reddit Sacramentum. Ex. gr. Illud *Corpus meum*, cassam reddit consecrationem, quia pronomen illud modum à Christo significandi usurpatum immutat. Et *Hic est Corpus meum*, sumpto *Hic aduerbiat*; quia non significat conuersiōnem, qua ex substantiâ papis in Corpus Christi per huiusmodi formam consecrationis fit. Et *Hoc est Corpus Christi*, quia non in persona Christi & Christum repræsentans Sacramentum conficeres, sed relatione te haberes, quod institutioni obstar. Et *Confero Corpus Christi*, quia forma huius Sacramenti non in fieri, sed in factore esse præsentiam Christi significat. Laym. lib. 5. tract. 4. cap. 3. Henriq. lib. 8. cap. 16. Suar. d. 59. sect. 2. Bonac. d. 4. q. 3. punct. 1.

37  
Formâ confe-  
rationis Vini

Consecrationis Vini forma sunt tantum illa verba: *Hic est enim calix Sanguinis mei. Reliqua*

*qui pro vobis & pro multis effundetur in remissione peccatorum, ex receptioni sententiâ ad efficiam formâ non pertinent, sicut nec particula enim. De quo scilicet 2. sermo recurret.*

Porto pronomen *Hoc*, vel *Hic* cum profer-  
tur, supponit non determinat & in particulari *Pro quo super-*  
*pro pane & illius accidentibus, vel pro Christo: ponat prono-*  
*sed supponit confusè & in communi pro con-*  
*tento sub accidentibus panis, & vini, que inde-*  
*terminatio, adveniente prædicato, collitur.* *Qui*  
*circa cum dicas Hoc vel Hic, nihil determina-*  
*tum, ac singulare signas: fed signas quid com-*  
*mune, & indeterminatum, quod sub accidenti-*men Hoc, el*  
*bus panis, vel vini continetur: determinatur au-*  
*tentio, prædicato adveniente, ut pro corpore Christi*  
*supponat. Suar. d. 58. sect. 7. Bonac. d. 4.*  
*quest. 3. punct. 4. à numero 1. Henric. lib. 8. cap. 19.*  
*num. 1.**

Quidnam consecrationis verba operentur? *39*  
Finis prolatione verborum, perit substantia pa- *Quidnam con-*  
nis, & vini: & Corpus, ac Sanguis Christi sub *scrationis*  
illorum accidentibus constituitur, non tanquam *verbâ op-*  
vetum subiectum, cui accidentia inherant, sed *rentur.*  
vices subiecti gerens, ea accidentia altiori, & ef-  
ficaciori modo sustentando. Ob quam causam  
Concilia & Patres actionem, qua hæc omnia  
sunt, Transubstantiationem appellant, hoc est,  
conuercionem unius substantiae in aliam substan-  
tiam sub eodem termino. Quia consecrationis  
verba cum viam habent ex diuinâ promissione, ut  
eo ipso quo præferuntur, Corpus Christi consti-  
tuunt sub accidentibus panis & vini: ipsa que  
substantias panis & vini destruant, pertinente  
actione, qua conseruantur. Neque ad hanc trans-  
substantiationem opus est, ut Corpus Christi de-  
nuo producatur, seu reproducatur, sed sufficit ad  
ipsum corpus Christi constituendum sub acci-  
dentialibus panis terminari. Ex quâ terminacione  
adiunctâ diuinâ promissione, nascitur substan-  
tia panis ac vini destructio. Suar. d. 61. tota. Laym.  
lib. 5. tract. 4. cap. 3. Vafq. d. 181. & seq. Coninch  
q. 75. art. 4.

Licet totus Christus sub qualibet specie pa- *40*  
nis, & vini facta consecratione constitutatur; ex *Christi exi-*  
significatione tamen verborum sub accidentibus *hentia in Eu-*  
panis solum corpus Christi constitutur: & sub *chariflia.*  
accidentibus vini solus sanguis. Quia verbis *41*  
consecrationis hoc præcisè significatur. At qui corpus Christi est Sanguini, anima, ac Diuinitati vnitum, constituto corpore consequenter & concomitante constituitur in sacramento Sanguis, anima, Diuinitatis, ac denique totus Christus: & idem est de Sanguine. Verum Christus sub speciebus existit ut anima rationalis in cor- *42*  
pore, totus in toto, & totus in qualibet parte. *lantie*  
Quia non significat conuersiōnem, quam si sub magna *di Eusebii*  
communicaret. Præterea assit ibi qualis assit ibi qualis assit in Cœlo, omni scientiâ, gra- *43*  
tia, aliquique donis exornatus, qua Christo glo-  
rioso competunt. Quia sic decet eius maiestatem. *lantie*  
Incertum autem est, an operationes materialium potentiarum exerceat. Quia hæc ex na- *di Eusebii*  
tura rei potentiam quoad locum exensem re- *44*  
quirunt. At ex diuina virtute verosimile mihi est, operationes visus, & auditus exercere. *lantie*  
Etenim *45*

# Sectio I. De Euchar. Recept. Sententiæ. 35

Etenim Christum non solum intellectu cognoscere, sed etiam sensu corporeo videre adorantes, & illius preces audire, fouter pietatem, excitare reverentiam. Sic denique Christus ex suo verbo ac promissione accidentibus panis & vini annectitur, ut ad illorum motionem ipse mouatur, illis vero destrutis ipsius realis praesentia pereat. Doctores communiter.

## CAPVT IV.

*De Eucharistie Adoratione, ipsius ad salutem necessitate, Obligationem que eam sumendi ex diuino precepto.*

41 Ide certum est, adorari debere Eucharistiam interius & exterius adoratione Latrie. Quia continet Christum Dominum ciudem excellentiam & dignitatem ac adest in Cœlo. Trident. *sef. 13.* *c. 1. §. can. 6.*

42 Debet absolutè adorari, cum non est probabilis dubitandiratio, an sit consecrata hostia, nec ne vel ob defecum Ministri, vel debite materiae. Quia alias deuotio in Sacramentum minuitur, variisque scrupulis animus distrahitur. Eto aliquando acciderit, hostiam consecratam non esse: at raro id communem adorationis modum impedire debet. *Suar. d. 65. sef. 2.*

43 Vnde infero, Sacerdotem simulanten celebrationem, cum tamen non celebret, grauissime delictum. Quia proponit adorandam materiam nullâ dignam adoratione. Quoties sacrificium offers, vel communicas, debes hoc Sacramentum adorare. Quia tibi adorandum propinatur. Similiter quando à Sacerdote eleuator in Missa, aut ad infirmum defertur, vel aliquo modo tibi præfertur. Quod si aliquando hanc adorationem ob negligientiam sine scandalo omittas, haud grauerit delinquens ob materiae levitatem. *Suar. d. 65. sef. 1.*

44 Sacrilegium est, irreuerenter hoc ineffabile Sacramentum trahere: cum scilicet corporalibus, vasis, vestibuleque immundis vres in illius confectione: aut hinc incaute custodias, ut ad corruptionem deueniat, vel ab hostiis irreuerenter trahatur. Cap. *Quare de celebr. Missar.* Nulla tamen est ipso iure pena imposta, sed imponebitur.

45 Necessariam esse Eucharistiam ad salutem necessitate precepti non solum Ecclesiastici (de quo alibi) sed & diuinæ, certum est. At *sef. 2.* discursum, num sit necessaria necessitate medijs, seu remedijs, seu finis. Illud enim necessarium est necessitate medijs, quod per se & positione medium est ad salutem animæ comparandam, quodque dicitur necessarium necessitate finis, quia fine eo finis *Ita* aeterna obtineri non potest. At necessarium necessitate precepti præcise non est medium politiuum ad salutem obtainendam: sed est medium negatiuum; quia negat, & impedit, ne falsus obtenta violacione precepti aptinatur.

46 Porro præceptum diuinum de sumenda Eucharistia cum affirmatiuum sit, necessariò debet

aliquo tempore obligare. Quod autem sit, non *diuinum de conuenit inter Doctores, de quo sef. 2.* Supponamus *charistiā pro aliquo tempore obligat, ne denter inferri, communicantem extra periculum mortis, non solum posse, sed teneri Eucharistiam in periculo mortis constitutum suscipere.* Quia communio facta ante periculum mortis non præcipitur, ergo ea satisficeri non potest communioni præceptæ. Impossibile enim est, te præcepto satisfacere, nisi opus præceptum exquare. *Suar. d. 69. sef. 3. Henrig. lib. 8. c. 4. Valsq. d. 214. c. 3. a. num. 13.*

47 Imò extra mortis articulum commuenter Doctores afferunt interdum in vita præceptum diuinum communicandi obligare. Quia cum proprius effectus Eucharistie sit, animam suscipiens entrire, & aduersus insidias diaboli robore, vt in accepta gratia fidelis perseverer: satis contemptor propria salutis effert, qui in suscipiendo hoc salutifero pharmaco negligens existet. Ob hanc causam per tres, vel quatuor annos communionem omnitem præcepti diuini reuulsus crediderim. *Suar. d. 69. sef. 3. Bonac. d. 4. qn. 7. punt. 1. a. num. 8.* Addentes id esse, etiam seclusa aliquâ Ecclesiæ determinatione, cui minime assentio, vt proprio Problemate indicabo.

## CAPVT V.

*De Ministro Eucharistie, ad consecrandum, & ministrandum.*

48 *Vnde illius consecrationem soli Sacerdotes sunt Ministri. Quia nullus alijs à Sacerdotibus hanc accepit à Christo potestatem. Trident. sef. 22. cap. 1. §. 4.*

Fert vius Romane Ecclesiæ, vt cum Episcopus consecratur, hic simul cum consecrante verba consecrationis proferat: & cum Episcopus ordinat, Sacerdotes noniter ordinati esto plures sint, cum ipso Episcopo ordinante proferunt consecrationis verba. Certe si simul proferunt, & finiunt consecrationis formam cum delecta consecrandi intentione, consecrant omnes. Quia nulla est ratio, ob quam vni potius, quam alteri consecratio tribuatur. At quia vix est moraliter possibile, plures concurrentes ad vnius hostiæ consecrationem simul verba finire: quoniam modo hoc licitum esse possit, siquidem plures ex illo periculo morali exponuntur proficiendi formam super materiam iam ab alio consecratam, & consequenter indebitur. Crediderim, omnes sic ad consecrationem vnius hostiæ concurrentes intentionem habere consecrandi, & simul cum Episcopo verba finiant, secus si ante vel post. *Suar. d. 61. sef. 4. Coninch quest. 82. art. 2. num. 13.*

49 *Sacerdos excommunicatus, depositus aut degradatus non id est amittit validè consecrandi potestatem. Quia eorum potestas, quæ in depositus, ac degradatus consecrare concurreat, est indelebilis. D. Thom. Charactere fundatur, est indelebilis. D. Thom. validè potest. quæ. 8. 1. art. 5. 6. §. 7. quem omnes Theologi sequuntur.*

Quod

EASCOBAR  
Theol Mor.  
Tom. III. IV.